κοσίων ὀκτωκαίδεκα χρόνων πρὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος. Ἐγὼ δὲ ὁ Φαβῖν αὐτοὶ περὶ τῶν Ὀλυμπιάδων λῆρον ἡγοῦμαι. Οἶδα γὰρ ἀκριβῶς τὸν Ἡρακλέα τὰς Ὀλυμπιάδας συνηθάμενον.
Μέγα κύκλου τὰς Ὀλυμπιάδας ἔλεγον, ὅτι [15] κατὰ πεντήκοντα μῆνας ἐτελοῦντο τὰ Ὀλύμπια. [16] Συνεστήσατο δ' αὐτὰ Ἡρακλῆς πολέμων ὕστερον λυθείσας ἐς ὕστερον Φείδων καὶ Ἴφιτος πάλιν ἀνεκτήσαντο, Ἡρακλέους μηνὸς ὄντος ἐν Δελφοῖς, Ἀθήνησι δὲ Θαργηλιῶνος, [17] ὀγδόης φθίνοντος ἡ Τροία ἑάλω.

NOTAE

1. Ἰωάννης ὁ Τζέτζης] Nescio an ita haec verba intelligenda sint quasi auctor Μετομηρικῶν, vel collector potius, ipse fuerit Tzetzes. Is idem certe si Scholiorum auctor fuerit, Textus sui consarcinator esse non potuit. Loquitur n. Scholiastes ita, quasi non unus fuerit, sub numero nempe multitudinis: ὁ Φαβῖν (inquit) αὐτοὶ τὰς Ὀλυμπιάδας ἔλεγον. Textusque sui sententiam ipse pro λήρῳ habet. In eo denique ab Auctore suo discrepat, quod Thargelionis XIIº Trojae excidium tribuit Poëta, Scholiastes a. ejusdem mensis die XXIIIº si n. ὀγδόη φθίνοντος. Tzetze ergo antiquior erat Μετομηρικῶν collector vel potius Gramatic. collectoris. Et tamen junior idem Longino, quem in hoc ipso fragmento advocatum legimus. Aureliani nempe temporibus atque Zenobiae. Sed cum plures Operis sui auctores memorat Scholiastes, innuit nimirum, ut in Epico Cyclo ipso plures erant Poëtae, qui κυκλικῶν nomine communi advocabantur; sic in Operis universi constructione, quod ex Epicis Poëtis constabat, plurium fuisse, incertique nominis, operam similiter Gramaticorum. Locum videntur habuisse Gramatici in nectendis invicem diversorum Poëtarum scriptis. Principio nimirum cujusque Poëtae ... Hic n. par erat nonnulla addi a Collectore, sed eodem, quo et Poëtae, Metri genere Epici. Tale est quod damus (impraesentiarum). Loquitur a numero singulari: ἐγὼν ἐγὼ – ἐλάσσων – κατέλεξα – ἐρέω. Itaque quod pluralis tamen numero illum advocat Scholiastes, hoc unum, ut puto, indicat, plures fuisse, incertosque, qui in collectione universa partes suas sibi quisque vendicare possent. Singuli nimirum singulas. (p. 805.

2. Μέγα κύκλου] Bentleius μεγακύκλας. Rectissime. Verae lectionis vestigia habet Scholiastes qui in ipso legit μέγα κύκλ. Magnus annus Virgilio Solaris est Aeneid. III. v. 284. Cui nempe anno minori Lunari opponitur. Et noster postea Solarium annorum circuitum κύκλα μεγάλων ἐνιαυτῶν appellat. Olympias a istiusmodi Annorum magnorum Cyclus est. Imo Cyclus magnus. Quippe qui Cyclos Annorum Solarium Trietericos binos complectitur, ipse Pentaetericus. Poterit tamen non incomoda esse ipsa Textus lectio, si quidem ita construas: μέγα μέτρον ἀπειρέσιον κύκλου τετρακοσίων λυκαβάντων &c.

3. Ὡς Σικελὸς Διόδωρος] Veras Diodori rationes (et quas habes) e Lib. XIV initio colligimus. Ibi Olymp. XCIIIae an. 4m cum anno a Trojae Excidio confert 779. Et Olymp. XCIVae an. 1m cum anno ejusdem Epochae Trojanae 780. Accurate pro calculo Eratosthenis. Nam, pro hoc eodem calculo, annus Olympiadis VIIae 1us idem numerabatur a Trojani belli fine 432. teste apud Dionysium Halicarnasseum Catone. Huc ergo exigenda sunt loca Diodori alia minus accurata. Confert apud Syncellum annum Olymp. VIIae 2m cum anno Epochae Trojanae plusquam 430. qui erat revera, pro his hypothesibus 433. Idem